





65

Q V V M  
V I R I V V E N I S

ORNATISSIMVS CLARISSIMVS DOCTISSIMVS

CHRISTIANVS GVILIELMV<sup>S</sup>  
BOSIVS

LIPSIENSIS

S. S. THEOLOGIAE CANDIDATVS ET PHILOSOPHIAE  
BACCALAUREVS DIGNISSIMVS

A. D. XXV. FEBR. AN. R. O. M DCC XXXX.

S V M M V M

IN PHILOSOPHIA DIGNITATIS  
GRADVM

CONCORDIBVS HVIVS ORDINIS PROCERVM  
GRAVISSIMORVM SVFRAGII ADSCENDERET

ORNAMENTO RECENS IPSI COLLATO NON TAM MORE  
QUAM AMORE DVCTVS

GENTIS BOSIANAE AMPLISSIMAE

CVLTOR PERPETVVS

HENRICVS SAMVEL THIEMEV<sup>S</sup>

NAVMBURGENSIS

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

65.

AK



M V D  
S C H  
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO  
OVID. Libr. I. Tr. Eleg. VIII. v. 43.  
Sic aliquod morum, seu vitae labe carentis  
Est pretium; nemo pluris habendus erit.

Q uot caeli stellae, tot dantur Apollinis  
artes;  
Et iuvat innumeris eniuisse modis.  
Si mihi, prae reliquis quae sit via commoda famae,  
Dixeris; in terris magnus Apollo fores,  
Inuida cui penitus vires natura negavit,  
Ut careat quavis, stipes vt, arte, rudit  
Ut taceam varias, quas gaudet turba profana  
Artes non primis se terigisse labris,  
Sic Pythio semper pleno de fonte ministrat  
Ingenium technas, queis dare verba solet.  
Quam felix hederae cultor reputatur is esse,  
Cuius mens nimio consepulta nero est.  
Vt lusor fallax habeat, quo tempora perdat;  
Quo iaetu fingat plurima, rite tenet.  
Quis dubitet, latro quod ducat nomen ab arte?  
Dum rapit, artificis fungitur iste vice.

Quis credat dementis, has artes munera famae,  
Quae profint, et quae sint diurna, dare?  
Militia est forsan, qua gloria morte venalis.  
Dum retulit miles fortia tela domum?  
Vixit, Alexander! quae te dementia cepit,  
Terrigenum ut cupias exsuperare vices?  
Quid fuit, ut patris capiant obliuia pectus,  
Et velis Hammonis filius esse Iouis?  
Scilicet est animi robur fortunaque belli,  
Nominis et famae quae tibi dona dedit.  
Sed fortuna sibi tuto quae credere suast,  
Quod dederat praeflans, eripuitque, decus.  
Sors tua, mercator, dubiam facit artibus alma?  
Fortassis palmam, quae bona magna capie?  
Sunt tibi cum populis commercia solis ab ortu  
Nauis et Helpensis itaque redditque vias.  
Ac ubi per placidis in portu constitut auris,  
Cum magno fluxas foenore reddit opes.  
Ast quoties mediis nauim Palinurus in vndis  
Deserit excussus, tunc lacerata perit?  
Nuno dolet ipse, suis qui felix artibus usus,  
Quod fuerit maior viribus haecce fides.  
Ergo mihi tandem dicas ex millibus artem,  
Quae facit, ut cineri fama superstes eat.  
Forstan assidus celebratur laude Machaon  
Aegro dum medicae praeficit artis opem?  
Iuris ubique renax, insignis ab arte, patronus,  
Fortia pro miseris dum capit arma fori?  
Sancte Dei cultor! qui sacra perennia curas,  
Artibus a sacris fama perennis erit?

Est aliquid, fateor, nomen tenuisse per artes: Atque ars quo potior, gloria maior erit.  
Sed memini turbam, plures quae calluit artes. Septem, quae semper turba misella manet.  
At maneat terris, queris, ingloria quare? At promtu causa est; Nam pietate caret. T  
Noxia sic ars est, quam non pia vita gubernat. Ex virtute tibi fama petenda venit.  
O per grata mihi, *Virtus*, praefstantior auro! O quam felices, qui tibi corda sacrant!  
Quum tua vis, *Virtus*, non expugnabilis vniquam  
Atque tuum premium pectora fida capit;  
Eiicis omne scelus, tu monstras, qua sit eundum,  
Ne crucient animum vulnera dira, caues.  
Tu dux, tu comes es, tu nos abducis ab orco,  
Menteque das caeli praeripuisse bona.  
Vobis Pierides, debetur gratia, *Muse*, haec,  
*Virtutis* rectam panditis vsque viam.  
Hacc sunt causa TVAS cur nunc *Virtutis* amantis  
Rite, BOSI, velent laurea ferta comas.  
T Vque probas clare, quam sint verissima verba:  
*Virtus* merces est optima, crede, sibi.  
Hoc euenturum, dudum, MI CARE SODALIS,  
Vidi, dum colui facta probata TVA.  
Quod quoniam certum est, tota TIBI mente mihique  
Gratulor, et pro TE, nunc pia thura dabo:  
Ioua, primicias, fac, mellsis plena sequatur,  
Ut mox ad summum culmen honoris eas.  
Comprecor in primis, mea, si pia vota valebunt,  
Ut vigeat, vireat GENS BOSIANA diu.

\* \* \*

78 M 496



TA-DO

K018


b7



Q V V M  
VIR IVVENIS  
ORNATISSIMVS CLARISSIMVS DOCTISSIMVS  
**CHRISTIANVS GVILIELMVS**  
**BOSIVS**

65

S.S.THEOLOG  
BA  
A. D.  
IN PHII  
CONCORDI  
GRAVISSIMA  
ORNAMENTO  
GENTIS  
HENRIC  
EX OF



SOPHIAE

TATIS

OCERVUM

RET I

lunus

MORE

SSIMAE

IEVS

Q

Q

Q

A.

AK